

NUEVO PROCESO DE EXPULSION DE RELIGIOSOS CON VINCULOS PERPETUOS EN COMUNIDAD CLERICAL EXENTA

I

TEXTO

DE MODO PROCEDENDI IN DIMISSIONE RELIGIOSORUM A VOTIS SOLLEMNIBUS

SACRA CONGREGATIO PRO RELIGIOSIS ET
INSTITUTIS SAECULARIBUS
Prot. n. 5993/68

Romae, die 25 Novembris 1969

Reverendissime Pater,

Textus circa modum procedendi in dimissione religiosorum a votis sollemnibus a Capitulo Generali tui Instituti redactum et approbatum, haec Sacra Congregatio attento examini studio subiecit.

Omnibus mature perpensis hoc Sacrum Dicasterium, cum sibi compertum esset novam hanc legislationem, quae praecedentem penitus emendat, rei legitima iura sarta tecta relinquere, ad experimentum et ad decennium allatum textum approbat et confirmat non obstantibus contrariis praescriptionibus Iuris canonici.

Dum haec omnia Tibi communico, meam in Te observantiam profiteor ac permaneo
Paternitati Tuae Reverendissimae addictissimus

H. Card. ANTONIUTTI, *Praef.*
E. HESTON, C.S.C., *Secr.*

Reverendissimo Patri
P. CONSTANTINO KOSER
Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum
ROMAM

DE MODO PROCEDENDI IN DIMISSIONE RELIGIOSORUM A VOTIS SOLLEMNIBUS

Art. 1

§ 1. Frater sollemniter professus ipso facto habendus est dimissus ob delicta pro quibus iure communi dimissio statuta est. Insuper tanquam legitime dimissi habendi sunt apostatae a religione qui post binam invitationem a Superiore maiore factam non